



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

Caput VI. Imperitis Rectoribus vicarii cum parte fructuum pro tempore deputentur: in scandalo perseverantes privari beneficiis possunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI**, vel non curatorum cum curatis pro  
A.C 1562. „pter earum paupertatem, & in ceteri  
casibus a jure permisso, etiamsi dicta  
Ecclesiæ, vel beneficia essent genera-  
liter, vel specialiter reservata, aut  
qualitercunque affecta. Quæ unio-  
nes etiam non possint revocari, nec  
quoquo modo infringi vigore cuius-  
cunque provisionis, etiam ex cau-  
resignationis, aut derogationis, aut su-  
spensionis. ,

## CAPUT VI.

*Imperitis Rectoribus vicarii cum parte fra-  
ctuum pro tempore deputentur: in sca-  
dalo perseverantes privari beneficii  
possint.*

„Quia illiterati, & imperiti parochi-  
lium Ecclesiarum Rectores, si-  
„cris minus apti sunt officiis, & illi  
„propter eorum vitæ turpititudinem po-  
„tius destruunt, quam ædificant, Epis-  
„copi, etiam tanquam Sedis Apostoli-  
„cæ Delegati eisdem illiteratis, & im-  
„peritis, si alias honestæ vitæ sint, Coad-  
„jutores, aut Vicarios pro tempore  
„deputare, partemque fructuum eisdem  
„pro sufficienti victu assignare, vel ali-  
„ter providere possint, quacunque ap-  
„pellatione, & exemptione remota: eos  
„vero, qui turpiter, & scandalose vi-  
„vunt, postquam præmoniti fuerint,  
„coer-

„coercent, ac castigent. Et si adhuc Sæcul. XVI.  
 „incorrigibiles in sua nequitia perseve- A.C. 1562.  
 „rent, eos beneficiis, juxta sacrorum  
 „Canonum Constitutiones, exemptione,  
 „& appellatione quacunque remota,  
 „privandi facultatem habeant.

## CAPUT VII.

*Episcopi transferant una cum oneribus Ec-  
 clesiæ, quæ nequeunt instaurari; alias  
 vero reparari procurent.*

Cum illud quoque valde curandum  
 „fit, ne ea, quæ sacris ministeriis  
 „dicata sunt, temporum injuria obsole-  
 „scant, & ex hominum memoria exci-  
 „dant; Episcopi etiam tanquam Apo-  
 „stolicæ Sedis Delegati transferre pos-  
 „sint beneficia simplicia, etiam juris Pa-  
 „tronatus, ex Ecclesiis, quæ vetustate,  
 „vel alias collapsæ sint, & ob earam in-  
 „opiam nequeant instaurari, vocatis  
 „iis, quorum interest, in Matrices, aut  
 „alias Ecclesiæ locorum eorundem, seu  
 „vicinorum, arbitrio suo, atque in eis-  
 „dem Ecclesiis erigant altaria, vel ca-  
 „pellas tranferant, cum omnibus emo-  
 „lumentis & oneribus, prioribus Eccle-  
 „siis impositis. Parochiales vero Ec-  
 „clesias, etiamsi juris Patronatus sint,  
 „ita collapsas resici, & instaurari procu-  
 „rent ex fructibus & proventibus qui-  
 „buscunque ad easdem Ecclesiæ quo-

*Hyl. Eccles. Tom. XLV.*

O modo-